

omnino abrogare possunt: quod solis pecuniis non potest homo se suamque vitam sustentare. Causæ verò propter quas homines tantâ aviditate in pecuniis cumulandis occupati sunt: tum innatus amor & studium vitæ propagandæ & conservandæ; cum numorum beneficio vitæ præsidia comparentur: tum nimia voluptatum cupiditas, quarum administræ sunt pecunie.

LXXXVII. Sed & ad permutationem spectat ἡ μισθαγωγία mercenaria locatio: ἡ δὲ ἰσὶ μισθῷ ἕργασια, quando aliquis suos labores & operas alteri pro mercede addicit & quasi vendit.

Permutationi similis est ἡ μισθαγωγία ubi

LXXXVIII. Dividuntur opera: 1. quod vel ex certâ aliquâ arte, uti sunt opera fullonum, textorum; vel solo corporis robore præstantur, uti sunt opera bajulorum, agricolarum tabellionum &c. 2. quod quedam sunt artificiosissima, ubi vel nihil, vel ad modum parum fortuna dominatur, ut sunt opere pictorum &c. quedam sordidissima per quas corpora laborantium inquinantur, uti sunt opera coriariorum, ferrariorum &c. quedam maxime serviles, ubi nullæ vires ingenij requiruntur, sed solum corporis robur sufficit: ut sunt bajulorum, fossorum &c. quedam denique vilissima & maxime ignobiles, in quibus peragendis ne minimum virtutis requiritur, uti sunt scopariorum, balneatorum &c.

Operarum divisio prima

secunda

LXXXIX. In mixtam per quam partim ex rebus naturalibus, partim verò arte effectis victus acquiritur: puta cum ex lapidibus, lignis, metallis &c. varia ab artificibus efficiuntur opera, quibus in quotidianâ vitâ & administratione rei domesticæ tam necessarius usus est, ut sine illis homines commodè vitâ traducere aut sua negotia exequi non possint. Atque hæc fuit ἡ ἡμιμικτὴ, sequitur ἡ ἑνὴ μισθῷ πατρὸς necessaria, ubi primò sciat quomodo victus ex rebus à naturâ subministratis acquirendus: secundò circa rerum permutationes sciat, qui modi sint honestiores, utiliores & magis necessarij.

Vel mixta.

Tum usus, Altera pars ad opes spectans.

C XC.